The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Oratio as
cum fonte primo

Dicendo pater noster et ueniam peccatorum et penarum interitum et iustificationem et sanctificationem et liberationem et filiorum adoptionem et hereditatem Dei et fraternitatem cum unigenito copulatam et Sancti Spiritus dona largissima uno sermone significauit.

Crisostomus ibidem (Matthei VI.).

→ Pater noster qui es in celis. Sanctificetur nomen tuum. Vides nempe quemadmodum continuo animum auditoris erexerit: quem totius omnino beneficii inter principia ista commonuit: patrem quippe

← dicendo: et ueniam peccatorum et poenarum interitum, et iustificationem: et sanctificationem, et liberationem, et filiorum adoptionem: et haereditatem dei, et fraternitatem: cum unigenito copulatam, et sancti spiritus dona largissima: uno sermone signauit.

Iohannes Chrysostomus, *In Mattheum homiliae interpretatione Aniani*, 20 (1503 Venice ed., fol.56v, ll.1-6).